



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 34. Populus Constantopolitanus acclamat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

quam Imperatoris Conjux fuit, eam po- Sæculum VI.
pulus Euphemiam appellavit. A.C. 518.

§. XXXIV.

Acclamat Populus Constantinopolitanus.

Die Dominica Electionem Justini Impe- to. 5. Conc.
ratoris sequente, decima quinta Ju- p. 178.
lii 518. Indictione undecima, cum Patriar-
cha Joannes pro more cum Clericis suis Conc. sub.
magnam Ecclesiam Constantinopolita- Men. Att.
nam intrasset, & prope Cathedram sta- V.
ret, exclamare populus: *Longam vitam*
Patriarchæ! Longam vitam Imperatori!
longam vitam Imperatrici! quousque ex-
communicati erimus? cur tot annis non
communicamus? de manu tua Communio-
nem accipere cupimus. Eja conscende Ca-
thedram? perora ad populum tuum! per-
suadebis. Jam ab annis aliquot Commu-
nionem accipere optamus, Catholicus es,
quid times? Apage Severum Manichæum!
ossa Manichæorum effodiantur! sine mo-
ra Sanctum Concilium promulga! S. Ma-
ria est Mater Dei, qui tacet Manichæus est.
Fides Trinitatis triumphat! Imperator
Catholicus est. Quid trepidas? longam
vitam novo Constantino! longam vitam
novæ Helenæ. Justine Auguste Tu vin-
cas! Hæc ultima verba latine pronun-
ciabant,

scilicet

Sæculum V. ciabant, quamvis cetera omnia Græca,
A.C. 518. nempe lingua patria, proferrent.

p. 179.

Constanti-
nopolitani
Catholici.

Inter continuatas id genus Acclama-
tiones ad Patriarcham dicebant: *vel abi,*
vel hic stans Concilium Calcedonense pro-
mulga! *pereat Severus Manichæus, alter*
Judas! Postquam diu clamando eadem
ingeminassent, Joannes Patriarcha ad eos
dixit: *Fratres mei! patientia utimini,*
dum Sanctum Altare salutaverimus, tum
vobis satisfaciam. Hic animadvertisatur
consuetudo, quam initio Missæ observa-
mus, ut prius osculemur Altare, quam
Populum salutemus. Patriarcha igitur
cum Clericis Sanctuarium ingressus est,
plurimis clamare non cessantibus? obte-
stōr te! *hinc non exhibis, nisi Severum*
anathematizaveris. Adjuro te, ejice im-
pium! Tum Patriarcha consensa Ca-
thedra dixit: *Scitis, Charissimi Fratres!*
quam multa abduc Presbyter sustinuerim
certamina pro Fide Catholica, quam bo-
dieque usque ad mortem defendo. Non igi-
tur clamore aut tumultu opus, nihil con-
tra Fidem aetum, nemo S. Concilium au-
det anathematizare. Omnia Concilia, qua
Symbolum Nicenum confirmarunt, &
præsertim illa tria Concilium Constanti-
nopolitanum, Concilium Ephesinum, &
Magnum Concilium Calcedonense agnosi-
mus orthodoxa.

Hoc

Hoc Responso auditō, eosdem clamō. Sæculum VI.
 res per aliquot horas continuarunt, addi- A. C. 518.
 deruntque: *Festum Concilii Calcedonen-
 sis sine omni mora annuncia. Usque ad
 Vesperum hic erimus, non abibo, nisi nun-
 ciaveris. Nuncia in crastinum hoc Fe-
 stum!* Petiit Patriarcha, ut consensum
 Imperatoris expectarent. At populo ur-
 gente, ut statim nunciaretur, obsecu-
 tus est Samuel Diaconus in hunc mo-
 dum: *Charitati Vestræ notum facimus,
 quod crastina die celebraturi simus Me-
 moriam Sanctorum Patrum nostrorum
 Episcoporum, qui, Calcedone congrega-
 ti, cum Patribus Constantinopolitanis, &
 Epibesinis, Symbolum Nicenum confirma-
 runt. In hac Ecclesia conveniemus.* Græ- p. 182.
 ci usque ad hunc diem Dominica deci- Menolog.
 mæ sextæ Julii proxima Memoriam sex- 16. Jul.
 centorum triginta Patrum Concilii Cal-
 cedonensis simulque aliorum Concilio-
 rum universalium celebrant. Necdum
 clamorum finis. Postulabat populus
 uno ore: *boc temporis momento anathe-
 matizetur Severus, Trinitatis hostis, &
 Patrum, qui Concilium Calcedonense ana-
 thematizavit.* Pedem Ecclesia non effe-
 ram, nisi hoc Anathema auribus meis au-
 divero. Tunc Joannes Patriarcha ana-
 thema contra Severum pronunciari jus-
 sit consentientibus omnibus Episcopis
 præsentibus, quorum duodecim nomi-
 nantur.

Sæculum VI. nantur. Primi sunt Theophilus Hera-
A.C. 518. cleensis, & Theodorus Gangrensis. Ana-
 thematizatus est in hæc verba: *Omnes
 sciunt, errasse Severum, cum se ab hac sancta
 Ecclesia separavit. Nos igitur secundum
 Doctrinam Canonum, & Patrum, propter
 ejus Blasphemias ipsum tanquam alienum,
 & damnatum aestimamus, & ana-
 thematizamus.*

§. XXXV.

Acclamations diei 16. Julii.

Sequentie die Lunæ 16. Julii Festum Pa-
 trum Calcedonensium celebratum.
 Patriarcha ingressus cum haud procul a
 Cathedra esset, omnis populus exclama-

Sup. §. II. *re: plurimos annos Imperatori! reddite
 Ecclesiæ Reliquias Macedonii. Scilicet
 ultimi Patriarchæ hujus nominis in Exi-
 lio mortui. Reddite Ecclesiæ viros, qui
 Fidei causa exulant. Effodiantur ossa Ne-
 storianorum! extrahantur ossa Eutychia-
 norum. Quis est Nestorius? non novi
 bominem, Anathema ipsi, & Eutychi! ejici-
 te Manichæos, ejicite ambos Stephanos!
 Macedonii Reliquias afferte! Macedonii
 Nomen restitue! obsecramus te, vota no-
 stra ad Imperatorem defer! ejicite Aman-
 tium, Palatii Cæsarei probrum! Euphe-
 mius, & Macedonium Ecclesiæ reddite!
 Epistolas Synodales Romam mitte. Eu-
 phemii, & Macedonii Nomina restitu-*

Fæ,